

E come hoo poduu capì da on'indagin diligent, anca ben che l'era minga complètta, pussee de sesmila sorgent viv fornissen senza dubbi tucc i dì acqua fresca ai cittadin⁽⁵⁾. In mezz a sti sorgent ghe n'è tantissim che gh'hann l'acqua cont on gust quasi savorii e de tanta leggerezza che tant i vas de lègn che i peston de veder in doe l'è stada missa denter hinn staa imbibii a distanza de pòcch temp.

A quei che ne beven fina a diventà sagoll, ghe da minga fastidi, ma apèna bevuda, per la soa finezza e leggerezza la corr subit attravers i pòr del còrp e la ven digerida che l'è ona meraviglia. Anca intorna a Milan gh'hinn di sorgent de acqua limpida comè e in tanti casi talment freggia che se d'estaa te ghe mettet denter di peston pien de vin per fall sfreggi, per colpa de la soa freggiura i vas de veder se s'ceppen se t'je tiret minga foeara a la svelta.

Nissun'altra città al mond se conoss o se cred che la gh'abbia insciì tanta abondanza de sorgent. Vòlzi fina proclamà bell ciar che el valor de l'abondanza de la nòstra acqua el cunta pussee de tutt el vin e l'acqua miss insèma de certi alter città. E anonzi anca quest con sicurezza, che hinn tanti i città che comprarien per el ben comun, se fudess possibil, trè di nòster sorgent con minga men de dusent mila march d'argent⁽⁶⁾. In del territori de Milan, come se pò vedè, gh'è abondanza de biava, de vin, de legumm, de frutta, de piant, de fen e de alter ben.

Donca Milan, per la soa aria, per la soa acqua, per la soa fertil e bellissima pianura, l'è missa in d'on sit meraviglios; segn lusentissim de chela ròbba chì l'è che ghe se troeuen òmen e dònno tanto vegg che riven a on'età decrepeta, e anca che la fecondità di famili, la densità de la popolazion, la prosperità de ogni ben hinn tucc i dì, per grazia de Dio, in continov aument.

DISTINCTIONES SECUNDI CAPITULI.

In secundo capitulo continentur: I. Numerus hostiorum cum ianuis. II. Numerus tectorum communium sive copertorum. III. Qualitas et quantitas curie communis. IIII Forma civitatis. V. Qualitas et quantitas fossati et de suburbii. VI. De portis principalibus civitatis et de secundariis. VII. Qualitas et numerus ecclesiarum et altarium in civitate. VIII. Numerus ecclesiarum S. Marie tam intus quam extra. VIIIII. Numerus campanilium et campanarum in civitate. X. Qualitas et quantitas burgorum et villarum et aliorum locorum. XI. Numerus burgorum et villarum exemptorum et etiam virorum. XII. Numerus ecclesiarum in comitatu Mediolani et quedam alia.

De commendatione [Mediolani ratione habitationis].

Ratione habitationis tant ... veritas in conspectu videntium. Sunt [in ista] civitate vie satis late, satis [pulcra] pallatia, domus frequentes, [non disperse sed] continue, [decentes], decenter ordinate.

I. Hostia cum ianuis, que ad vias comunes exitum habent, circha XII milia quingenta numero sunt inventa, in quorum numero sunt permulta in quibus quamplures familie cum familiarium cohabitant multitudine; per quod mirabilis civium frequentia denotatur.

II. Tecta vicinis platearum earum comunia, que vulgo coperta vocantur, LX fere numeri culmen ascendunt.

III. Curia communis tali tanteque urbi conveniens decem perticularum vel id circha continetur spatio. Et unde hoc forte apud quosdam intelligatur facillius, ab oriente versus occasum centum triginta, a septentrione versus austrum est centum triginta sex cubitos mensurata. In eius medio mirabile constat pallatum; turris quoque est in ipsa curia, in qua sunt quattuor communis campane. In parte horientali est palatum, in quo sunt potestatis et iudicium mansiones, in cuius fine a parte septentrionali est potestatis capella in honore patroni nostri beati Ambrosii fabricata. Cui

DISTINZION DEL SEGOND CAPITOL.

In del segond capitol gh'è denter: I. El numer di cà cont i sò pòrt. II. El numer di tecc in comun cioè di pòrtegh. III. La qualità e la dimension de la Cort comunal. IIII. La forma de la città. V. La qualità e la quantità del fossaa e di soborgh. VI. I pòrt principai e secondari de la città. VII. La qualità e el numer de ges e de altar in la città. VIII. El numer di ges intitolaa a Santa Maria, tant denter che foewra la città. VIIII. El numer di campanin e de campann in la città. X. La qualità e la quantità de borgh, de vill e de alter sit. XI. El numer di borgh e di vill e anca di òmen esentuaa. XII. El numer de ges in de la campagna intorna a Milan e alter ròbb.

Esaltazion de Milan per i sò abitazion.

Per i sò abitazion tanto verità denanz a chi guarda. In sta città gh'è di strad abastanza largh, palazz abastanza bei, cà popolaa, minga isolaa ma vesin, dignitos, decoraa con grazia.

I. I cà con la pòrta che la da in su la strada l'è staa calcolaa che hinn pressapòcch dodesmila e cinqacent, e in sto numer ghe n'è tanti in doe ghe sta pussee de ona famiglia cont on sacch de servitù; e quest el da on'idea de la meravigliosa quantità di persönn.

II. I tecc che hinn in comun ai cà vesin tra de lor in quei pasquee che el pòpol el ciama i coverc, riven quasi al numer de sessanta ⁽⁷⁾.

III. La Cort del comun, come se conven a tal e tanta città, la ten on spazzi de des pèrtegh o giò de li. E perchè fòrsi on quaidun el pòda capì mej, disaroo che da orient vers occident la misura centrenta brazz, e da settentrion a mezzdì centrentases brazz. In mezz ghe sta on magnifich palazz; in de la stessa Cort gh'è anca ona torr in doe gh'è i quatter campann del comun. In de la part oriental gh'è on palazz in doe ghe stann el podestà e i giudes, e a la fin de la part settentrional de sto palazz gh'è la cappella del podestà, costruida in onor del beato Ambroeus nòster patron. Dòpo cheschi el ven a settentrion on alter

continuatur aliud a septentrione palatum; deinde ab occidente similiter. A meridie quoque est atrium, ubi condemnatorum sententie publice declarantur.

III. Civitas ipsa orbicularis est ad circulli modum, cuius mirabilis rotunditas perfectionis eius est signum.

V. Eius fossatum admirande pulcritudinis, et latitudinis, non paludem, non stagnum putridum, sed aquam fontium, vivam, pissibus et cancris fertilem, continens, ipsam civitatem circuit; quod murus mirabilis inter se [et] aggerem interiorem [continet, cuius] circuitus diligentissime [mensuratus ^{x^m CXLI}] cubitorum veraciter est inventus. [Fossatum autem in latitu]dine ipsem et xxxviii cubitos [habet], quod quidem totam civitatem vero [circuit]. Extra murum fossati tot sunt hospicia suburbana, quod uni sola ipsa sufficerent civitati.

Et nota quod cubitus, de quo fit presens locucio, duorum pedum in longum et totidem digitorum in latum hominis magne stature longitudinem contingit. Perambulentur omnes mondi civitates; vix aliquis tanti tamque mirabilis pulcritudinis opus inveniret.

VI. Porte quoque civitatis principales fortissime sunt, que numerum compleunt senarium. Secundarie vero sunt decem, que vocantur pusterle, in quibus omnibus mirabilis muri mirabile cernitur fundamentum. Principales quidem habent singule binas turres, quamlibet imperfectas, quarum quoque pedes fortissimi super fondamentis fortissimis sunt fondati.

VII. Sanctorum delubra talem et tantam urbem decentia circha cc tantum in civitate sunt numero cum altaribus CCCCLXXX.

Unde qui rei veritatem nosse desiderant, eant et beati Laurentii ecclesiam; quam regina quedam, nomine Galla Patritia, cum xvi exterioribus columnis dicitur construisse; ceterasque tot et tantas et tales perspicaciter intus et extra mirentur, et videbunt magnalia Dei, que in alia civitate nunquam vel rarissime spectare valebunt. Et est mirabile notandum qualiter et quantum pro ista civitate virgo Maria teneatur.

alazz; e poeu a occident vun simil a quest. A mezzdì gh'è fina ona
òbbia in doe se leggen in pubblich i sentenz di condanaa ⁽⁸⁾.

III. La città stessa l'è circolar a la manera de on serc, e questa soa
magnifica rotondità l'è el segn de la soa perfezion ⁽⁹⁾.

V. El fossaa ch'el circonda sta città l'è d'ona bellezza e larghezza
meravigliosa, e el gh'ha denter minga ona palud ò on fontanin marsc,
ma acqua viva de sorgent piëna de pess e de gamber; on mur bëll
comè le ten denter tra lù e on terragg a l'interna, e el sò perimetro,
mesuraa con cura, l'è staa trovaad de desmila e cent quarantun brazz.
El fossaa stess, ch'el gira tutt intorna a la città, el gh'ha ona larghezza
de trentott brazz ⁽¹⁰⁾. De là del mur del fossaa gh'è tanti de chi cà de
soborgh che sarien assee de per lor a formà ona città ⁽¹¹⁾.

E nòta che el brazz che sont adree a dì el gh'ha ona dimension in
longhezza de duu pee e in larghezza de dò dida de on òmm de alta
statura ⁽¹²⁾. Andemmm pur in gir per tutti i città del mond; a fadiga te
podaree trovà on'òpera compagna de bellezza insci granda.

VI. Anca i pòrt principai de la città hinn bei massizz, é hinn ses. Però
quei secondari hinn des, vegnen ciamaa pusterla, e in tucc se pò vedè
el magnifich fondament de on magnifich mur. Ogni pòrta principal la
gh'ha dò torr, anca se minga complett, e i sò pee de lor, bei massizz,
pöggen su di fondament massizz an'lor.

VII. I ges degn de tal e tanta città hinn, domà al sò interna, quasi
dusent con quattercent vottanta altar. Tant che chi el voress verificà,
el pò andà a la gesa de san Lorenz; se dis che l'è stada tirada in pee
de ona regina, ciamada Galla Patrizia ⁽¹³⁾, con denanz sedes colonn;
e tucc i alter, e tal e tanti se guardarann polid denter e foewra, e se
vedarann i grandoeur del Signor, che in di alter città se vedarann mai
ò almanch de rar. E l'è magnifich de notà come in sta città sia tegnuda
in considerazion la virgin Maria.

VIII. Quoniarn in civitate xxxvi ecclesie; in comitatu eius plures absque dubio CCXL sunt in ipsius tantum reverentia principaliter fabricate

VIII. Campanilia in civitate in modum turrium fabricata sunt circha cxx; campane plures cc. In comitatu vero de confusso eorum et earum numero non fatio nec fatiam mentionem. Si quem postremo civitatis formam et eius palatiorum atque ceterarum domorum qualitatem et quantitatem videre delectat, super turrem curie communis gratulanter ascendat; inde oculos circumquaque revolvens poterit miranda mirari.

X. Sunt in comitatu loca amena, voluptuaria, burgi quidem decentes numero L; inter quos est Modoecia, decimo miliario distans ab urbe, civitatis quam burgi nomine dignior nuncupari. Ville vero cum castris CL sunt nostri communis iurisdictioni subiecte, inter quas quamplurime sunt, in quarum singulis plures quingentis viris in bello valentibus habitant. In quibus quidem tam burgis quam villis non solum degunt agricole vel opifices, verum quoque quamplurimi nobilitatis ingentis magnates. Alie quoque sunt mansiones extraordinarie, quarum quedam molandina, quedam vulgo cassine vocantur, quarum vix possem perpendere numerum infinitum.

XI. Sunt preterea extra prescripti muri seriem alie ville vel castra cum burgis, quarum quedam diocesani tantum iurisdictioni vel ecclesie Mediolani tenentur; quedam vero ab omni cuiuslibet communis iurisdictione sunt prorssus exempta; quedam quoque alio quocunque modo a numero predicto sunt extorte. In quarum numero sunt plebes de Porlezia per LXII villas digeste; Lania quoque per totidem vel id circha; Vallis Saxeae LIII continens.

IX sunt ville Leucho burgo supposite; xxiii quoque subiacentes Canobio; Vallis Sancti Martini xxv perstringens; Vallis Soldi ex undecim constans; Dirgantum ex XL; due valles Bellegnii et Leventina sub nostra diocesi constitute ex cc villis vel id circha; preterea Tellium, Galliate, Trecate; Campelionum quoque, quod beati Ambrosii abbatie tantum supponitur. Que omnes terre, computatis omnibus burgis cum villis, circha DC perficiunt numerum; in quibus omnibus, ut firmiter cogito, plures triginta

VIII. De fatt trentases ges in città e pussee de dusent quaranta in campagna hinn intitolaa principalment a la soa devozion.

VIIII. In città i campanin tiraas sù uso torr hinn pressapòcch cent vint, campann pussee de dusent. No disi né disaroo el numer de questi e de quei che gh'è in campagna perchè l'è minga sicur. Se a la fin on quaivun el voress vedè la forma de la città, la qualità e la quantità di sò palazz e di alter cà, el pò andà sù su la torr de la Cort del comun; de lì se el gira i oeucc tutt intorna el pò ammirà tutt quell che gh'è de ammirà.

X. In del circondari gh'è di sit legrios, ceros, e almen cinquanta borgh decoros; in mezz a questi gh'è Monscia, distant des mìa de Milan, pussee degna de vess ciamaada città che borgh. I vill con fortin che hinn sòtta la giurisdizion del nòster comun hinn cent cinquanta, e in mezz a questi ghe n'è tantissim in doe ghe stann de cà pussee de cinqucent òmen bon de fà el soldaa. De più, tant in di borgh che in di vill ghe stann minga domà paisan ò artesan, ma anca tanti sciori de gran nobiltà. Gh'è anca di alter fabrich particolar, che el pòpol el ciama molin e cassin, ma el sò numer foo fadiga a dill tant l'è grand.

XI. Oltra a questi gh'è, foera di mur che emm dii, alter vill o fortin col borgh che stann sòtta domà a la giurisdizion diocesana ò de la gesa de Milan; ghe n'è di alter che hinn del tutt esentuaa de ogni giurisdizion; e di alter an'mò che in qualsesia manera hinn minga denter in del numer che emm dii prima. In sto numer gh'è la piev de Porlezza con cinquantadò vill; Alagna con altrettant o giò de lì; la Valsassina con cinquantaquatter.


Noeuv hinn soggett'al borgh de Lecch; vintitrii a Cannòbi; vinticinqu apartegnen a la vall San Martin; la Val Sòlda ne cunta vundes; el Vergant quaranta; i dò vall de Bregn e Leventina, che stann sòtta la nòstra diòcesi, dusent o pressapòcch; poeu gh'è Tèlli, Galliaa, Trecaa; e fina Campion, che l'è sòtta domà a la badia del beato Ambroeus. Tutti sti terr, compres tucc i borgh e i vill, riven al numer de quasi ses'cent⁽¹⁴⁾; e in tutti questi, come pensi con certezza, ghe stann stabel pussee de trentamila òmen abil a la guerra.

milibus viris oportunis ad bella continuam faciunt mansionem.

Sunt preterea et alie ville; sed sufficient que sunt dicta.

XII. Sunt extra civitatem in diocesi sanctorum delubra decentia pluria duobus milibus quinquaginta cum pluribus duobus milibus sexcentis altaribus. Opere pretium est mirari tante civitatis et eius comitatus domos pulcras innumerabilles, ecclesias devotas, burgos, villas, municipia, molandina, cassinas, religionum domus, canonicas et cenobia; inter que cenobium de Caravalle oculis hominum prestat spectaculi mirabilis intuitum admirandum; preterea ortos, pomaria, prata, vineas, pascua, silvas, cerbia, flumina, fontes vivas, herema. Comitatum nostrum non occupant vero aerem corruptentes paludes, cum versus partem septentrionalem circha millaria centum certissime descendatur.

En, quis hec omnia perscrutans oculis suis diligenter aspexerit perambulet totum orbem, non tamen similem delitarum reperiet paradisum.




Le Colonne di San Lorenzo. Inc. di F. Agnelli da dis. di G. Ghisolfi (1674).

Ghe n'è ancamò de alter vill; ma l'è assee quell che hoo dii ⁽¹⁵⁾.

XII. Foeura de la città gh'hinn in de la diòcesi pussee de dòmila e cinquanta ges decoros che gh'hann dòmila e ses'cent altar. Gh'è debon de ammirà i bei cà, tanti che se pò nò cuntai, sia de la città che del sò circondari, i ges consacraa, i borgh, i vill, i municippi, i molin, i cassin, i cà di religios, i canònich e i monastee; e fra quest el monastee de Ciaravall ⁽¹⁶⁾ l'insebiss ai oeucc di òmen la veduda meravigliosa de on spettacol ammirevol; e poeu i òrt, i broeu, i praa, i vign, i pascol, i bosch, i riserv, i fiumm, i fontanin, i eremi. Gh'hinn nò inveci in la nòstra campagna i palud che impesten l'aria, dato che l'è pussee che cert che vers la part settentrional el soeul, per quasi cent mìa, el ven giò in discesa.

Ben, chi l'è che el guardarà con i sò oeucc con attenzion el troará mai, anca s'el girass tutt el mond, on paradis de delizia compagn.



La chiesa di San Giorgio in Palazzo. Inc. di M.A. Dal Re, 1745 ca.

DISTINCTIONES TERCII CAPITULLI.

In tercio capitullo continetur: I. Qualitas civium. II. Numerus virorum secularium civitatis et comitatus. III. Numerus canonicarum et curiarum regullarium. IIII. Numerus capellarum. V. Numerus cenobiorum. VI. Numerus hospitalium. VII. Numerus domorum Humiliatorum. VIII. Numerus de ordine sancti Augustini. VIIII. Numerus domorum paupertatis. X. Numerus fratrum cum suis famullis habitantium. XI. Numerus omnium exemptorum a secularibus. XII. Numerus buccarum humanarum Mediolani et comitatus. XIII. Numerus parochiarum civitatis. XIIII. Numerus omnium civitatem habitantium. XV. Numerus virorum in civitate. XVI. Numerus equitum civitatis. XVII. Numerus legistarum cum decretistis. XVIII. Numerus notariorum. XVIIII. Numerus servitorum. XX. Numerus tubicinum. XXI. Numerus medicorum qui dicuntur fisici. XXII. Numerus cirugicorum. XXIII. Numerus magistrorum gramatice. XXIII. Numerus doctorum in cantu ambrosiano. XXV. Numerus doctorum literarum initialium. XXVI. Numerus scriptorum. XXVII. Numerus furnorum. XXVIII. Numerus tabernariorum. XXVIII. Numerus carnificum. XXX. Numerus pischatorum et lacuum et fluviorum. XXXI. Numerus hospittum. XXXII. Numerus fabrorum qui ferrant quadrupedia animalia. XXXIII. Numerus fabrorum qui fabricant sonacula. XXXIII. De capitaneis et vavasoribus et aliis nobillibus et quot sunt qui venantur asturibus et falconibus. XXXV. Numerus urnarum lapidearum sive tumulorum.

De commendatione Mediolani ratione habitantium.

Ratione habitantium considerata, pre concitis mondi civitatibus videtur michi clarissima.

I. Sunt enim in ea cuiusdam sue stature utriusque sexus indigene, facie illares et satis benigni, non dolosi, minus extraneis gentibus exercentes maliciam; unde etiam extra ceteras gentes plus alliis dinoscuntur; decenter, ordinate, magnifice vivunt, honorificis vestibus potiuntur; ubicunque sint, sive domi sive alibi, satis in expendendo sunt liberi, honorabiles, honorifici, moribus et vita faceti. Sicut eorum idioma facilius alio loquitur in linguarum diversitate intelligiturque vice conversa, sic etiam inter